Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

me autem non semper habebitis. Quod
habuit hoc fecit. prevenit ungere
corpus meum in sepultura.
Amen dico vobis. Ubicumque predi
catum fuerit hoc evangelium tum
uerso mundo dicetur. et quod hoc fe
cit narrabitur in memoria ejus.
Et iudas scariothes unus de
duodecim. abiit ad summos
sacerdotes. ut proderet eum illis.
Qui audientes gauisi sunt.
et promiserunt ei pecuniam
se daturos. Et quaerebat quo
modo illum opportune traderet.
Et prima die azimorum qua
pascha immolabat dicunt ei
discipuli. Quo uis eamus
et paremus tibi ut manduces
pascha. Et mittit duos
ex discipulis suis: et dicit il
lis. Ite in ciuitatem. et occurret
uobis homo lagenam aq
bauolans. Sequimini eum. et quo
cumque introierit. dicite domino do
mus. quia magister dicit. ubi est
refectio mea. ubi pascha cum
discipulis meis manducem.
Et ipse uobis demonstrabit cena
culum grande stratum. et ibi
parate nobis. Et abierunt discipuli
eius et uenerunt in ciuita
tem. et inuenerunt sicut dixerat illis.
et paraverunt pascha. Vespere
autem facto uenit cum duodecim.
et discumbentibus eis et manducan
tibus ait illis ihus. Amen
dico uob: quia unus ex uo
bis me tradet. qui manducat
mecum. Et ipsi cepunt contri
stari et dicere singillatim. Numquid
ego: Qui ait illis. Unus ex duo
decim qui intingit mecum in
cathino. Et filius quidem hominis
uadit sicut scriptum est de eo.
Ve autem homini illi per quem filius
hominis tradetur. Bonum erat ei
si natus non fuisset homo ille.
Et manducantibus illis acce
pit ihus panem et benedicens
fregit et dedit eis et ait. Sumite
hoc est corpus meum. Et
accepto calice gratias agens
dedit eis. et biberunt ex illo
omnes. Et ait illis. Hic est sanguis
meus nouum testamenti: qui pro
multis effundetur. Amen di
co uobis quod iam non bibam
de genimine uitis usque in die
illum cum illud bibam nouum in
regno dei. Et ymno dicto ex
euntes in montem oliuarum. Et
ait illis ihus. Omnes uos scan
dalizabimini in me ista nocte.
quia scriptum est. Percutiam
pastorem. et dispergentur oues
gregis. Sed postquam surrexero
praecedam uos in galylea.
Petrus autem ait ei. Et si omnes
scandalizati fuerint in te. sed
non ego. Et ait illi ihs. Amen
dico tibi: quia tu hodie in
nocte hac. priusquam gallus
bis uocem dederit. ter me ne
gabis. At ille amplius
loquebatur. Et si oportuerit
me simul comori tibi: non te
negabo. Similiter autem et omnes
dicebant. Et uenit in pre